



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Thesavrvs Casvum Conscientiæ**

Continens Praxim exactissimam De Censvris Ecclesiasticis, Aliisque Poenis, & Canonicis impedimentis, in Septem Libros distributus ...

Decisiones Casvum Conscientiæ Ex Doctrina Consiliorvm Martini Ab Azpilcveta Doctoris Nauarri collectæ, & iuxta librorum iuris Canonici dispositionem in suos Titulos distributæ

**Sayer, Gregory**

**Venetiis, 1627**

3 Synodus Prouincialis, vel episcopalis, ne crucis signum humi sculpatur, statuere potest.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13903**

- 2 Reliquias sanctorum in collo, ad eorum honorem portare licet.
- 3 Synodus Prouincialis, vel episcopalis, ne crucis signum humi sculpatur, statueri potest.

## DECISIO I.

Ex cons. 1. alias 2.

1 Reliquias Martyrium sicut extra Capsulas vbi repositæ sūt, extrahere, aut veniales exponere graue peccatum est; cap. 2. de reliq. & ven. sanc. & l. Cæsarea, 3. C. de sacrosanct. eccl. ita terram puteo ianam intra quam verisimile est Sanctos martyres esse sepultos, extrahere, & terram illam per campos passim diuulgare peccatum mortale censetur; quando quidem maior irreuerentia eis sic fieri videtur, quā si reliquiæ eorum veniales aliquibus in finem reuerenter eas colendi exponerentur.

## DECISIO II.

Ex cons. 2. alias 1.

2 Corpora sanctorum sepulta, quamuis sine licentia de loco ad locum transferre non liceat, i. & vlt. C. de religio. & sumpt. fun. eorum tamen reliquias vel in aliquo oratorio honetto, aut area decenti seruare, vel etiam ad prælia, & loca periculosa, aut circa collum, ad honorem sancti, cuius illa sunt ob fiduciam, & spem intercessionis eius ad diuinam Maiestatem secum habere & portare licet, dummodo id sine aliqua vanitate, & superstitione fiat qualis est quod vas sit, iungulare, aut de ista, vel illa materia; ita S. Tho. 2. 2. q. 96. art. 4. & Syluest. verb. reliquias, quaest. 5.

## DECISIO III.

Ex cons. 3. in vtrisque.

3 Synodus Prouincialis, vel Episcopalis, ne crucis signum in aliqua re humi iacente pingatur, vel sculpatur, statueri potest non solum ex eo quod in plerisque patribus ab huiusmodi pictura, & sculptura iustus de causis abstinuit, sed etiam quia id olim ialem lege Cæsarea, l. 1. C. nemini licere signaturum est. Et episcopus contra ius nouum illud ad antiquum reducendo aliquid legitima de causa statueri valet: c. in his c. catholica d. 1. Pan. in c. quod sit per his, de maior. & obed. & Nau. in Man. cap. 2. i. num. 5.

## TITVLVS XXXVI.

## De obseruatione ieiuniorum.

## SUMMARIVM.

- 1 Ieiunium vigiliæ Pentecostes, de præcepto est.
- 2 Ieiunare potentibus famulis, dominus dans cenam peccat.
- 3 Dispensatus vt secreta, & sine scâdalo diebus pisculæ carnis vesci possit, coram socijs id facere nequit.
- 4 Dispensatus a ieiunio a confessore imposto non liberatur.
- 5 Bullam habens Cruciatæ, lacticiæ, vel pisces diebus interpolatis edere potest.
- 6 Ieiunium quadragesimæ duo includit, et quæ illa sint.
- 7 Ieiunare dicitur, qui necessitate ductus, aliud non habes, carnes comedit.

## DECISIO I.

Ex consil. 1. in vtrisque.

1 Ieiunium Vigiliæ Pentecostes de præcepto est, c. nosse, c. de ieiunio. d. 76. & gl. ibi. prout generalis ecclesiæ consuetudo obseruari videtur.

## DECISIO II.

Ex cons. 2. alias 3.

2 Dominus animaduertens famulos suos, cum possent non ieiunare, & eosdē admonens, vt si possint, ieiunent; si postea sine causa iusta eos ieiunium frangere sciat,

ijisdem cenam denegare tenetur, & cenam ieiunare potentibus dans peccat.

## DECISIO III.

Ex cons. 3. alias 4.

3 Dispensatus vt carnes diebus pisculæis secreta, & sine scâdalo comedere possit, illis coram socijs, quibus cum ordinare comedit, vesci non potest. Quia mens & intentio Papæ cum tali clausula dispensantis esse videtur ne solito modo cum alijs socijs domesticis, & exteris aduenientibus comedat; in omnibus autem dispositionibus mens & intentio dispensantis seruanda est, c. fi. de præb. & l. in omnib. ff. de cond. & dem.

## DECISIO IV.

Ex cons. 4. alias 5.

4 Cruciatæ concessa cum clausula, vt qui illam acciperent, oua & lacticiæ diebus, quibus est indictum ieiunium ecclesiasticum comedere possint, & satisfacere huiusmodi ieiunio; dummodo alia, quæ requirit ieiunium, seruent; ad ieiunia feræ quartæ, sextæ, & sabbati ob Iubilæum indicta, non extenditur. Quia cum dispensationes quæ a iure communi exorbitant, quale est privilegiū prædictæ clausulæ Cruciatæ, odiosæ sint, & restringendæ, c. Ea quæ, & c. odia. de reg. iur. in 6. & aliud est ieiunium ecclesiasticum a iure communi, indictum, & aliud a confessore in pœnitentia impostum, & aliud a voto implendum, & aliud ob Iubilæum a Papa iniunctum, & a quibus non fit illatio, l. Papinianus. ff. de minoribus, consequenter privilegiū datum ad moderandum ieiunium ecclesiasticum a iure communi institutum, ad ieiunium ex voto, vel a confessore iniunctum, vel a summo Pontifice ob Iubilæum indictum, vel a superiore ad aliquem particularem respectum alicui impostum, non est extendendum.

## DECISIO V.

Ex cons. 5. alias 18.

5 Villam habens cruciatæ, licet lacticiæ, & pisces diebus interpolatis, vel etiam lacticiæ in vna refectione, & in altera pisces, ob necessitatem, de consilio medici, & confessarij edere possit; simul tamen in eodem prædicto lacticiæ, & pisces, virtute illius cruciatæ comedere non potest. Quia in priori casu contingere potest, quod in altera illarum comestionum habeat necessitatem comedendi lacticiæ & non in alia; quæ autem vice edendi illa necessitatem non habet, & commodè piscibus vesci possit, lacticiæ comedere non debet, quia cessat causa edendi in Bulla expressa; in casu vero posteriori, quia semper erit peccatum pisces in eodem prandio, vel eadem cenâ comedere, nunquam erit licitum; si enim pisces comedere non possit sine damno notabili suæ salutis, eos comedendo peccat mortaliter; si uero iterum, si parum piscium comedendo solummodo ei parum noceret, ita Innocen. recept. in c. tua de homic. & Nau. in Manu. c. 1. §. vii. si vero eos comedere non potest, caret consequenter necessitate comedendi lacticiæ, vnde nec illa per tenorem Bullæ cruciatæ licite comedere potest.

## DECISIO VI.

Ex cons. 2. in Nouis, deest in antiquis.

6 Ieiunium quadragesimale duo præcipit, vnum, vt totam; Alterum, vt singulos dies ieiunemus, vnde qui primum fregit, vno, aut altero die non ieiunando, adhuc secundum seruare, & reliquos singulos dies ieiunare tenetur ex S. Th. 2. 2. q. 147. & ibi Car. art. 6. & 7. & Nau. in Man. c. 2. i. nu. 20. & 27.

## DECISIO VII.

Ex cons. 6. in Nouis, deest in antiquis.

7 Ieiunare sicut dicitur is, qui, quia non potest habere panem, & cibos quadragesimales, semel tantum in die comedere carnes, aut oua, aut lacticiæ; eo quod necessitas cibos hos quadragesimales facit, ita etiam probat licite ieiunare dicitur is, cui Papa concessit, vt diebus ieiuniorum carnibus, & ouis vesci poterit, dummodo seruet alia quæ requiruntur.